LIBELLUS:

ACTUS DE RETRIBUTIS AEGRITUDINIS DIEBUS: CODEX URBIS PITTSBURGI CAPUT 626

Iuxta Urbis Pittsburgi Actum de Retributis Aegritudinis Diebus (“Actus”), Conductores merentibus operariis Retributum Aegritudinis Tempus praebere debent, ut operarii vel familiaris aegritudini, infortunio vel valetudinis statui operam dent; aut in tempore ad publicam salutem pertinentis discriminis vel familiaris expositionis ad propagabilem morbum. (Vide Codex Urbis Pittsburgi, §626.04 perscripti permissorum usuum indicis gratia; rogamus porro Actum et Praecepta, edita ad Actus administrationem, pro utilibus definitionibus videre.)

BREVIARUM DE IURIBUS ERGA RETRIBUTUM AEGRITUDINIS TEMPUS		
CONDUCTORIS MENSURA (Praeteritos duodecim (12) menses)	Minus quam quindecim (15) operarii	Quindecim (15) operarii aut plus

COACERVATIONIS RATIO AEGRITUDINIS TEMPORIS EX ACTU	1 hora Retributi Aegritudinis Temporis pro omnibus 35 horis laboris intra geographicos Urbis Pittsburgi limites. **CAVE: Primum annum post Diem Effectivum infra, solum Non Retributum Aegritudinis Tempus ad hanc rationem cumulandum est.**	1 hora Retributi Aegritudinis Temporis pro omnibus 35 horis laboris intra geographicos Urbis Pittsburgi limites
COACERVATIONIS FINES EX ACTU (Cave: Conductor tuus munificentiorem recessus constitutionem habeat.)	Ne ultra 24 horas Retributi Aegritudinis Temporis, Fastorum Anno, nisi Conductor maiorem numerum notet. **CAVE: Primum annum post Diem Effectivum infra, solum Non Retributum Aegritudinis Tempus ad hanc rationem cumulandum est.**	Ne ultra quadraginta (40) horas Retributi Aegritudinis Temporis, Fastorum Anno, nisi Conductor maiorem numerum notet.
DIES EFFECTIVUS	15 Martii, 2020	15 Martii, 2020

Ultio in Operarios, postulantes vel cumulato Aegritudinis Tempore fruentes, vetatur. Si censes iura tua violata esse, quia iura cumulandi vel cumulato Aegritudinis Tempore utendi tibi abiurata sint, tibi queri licet apud Demarchi Officium Aequitatis. Pro pluribus notis vel ad querendum, rogamus legere apud https://paidsickleave.pittsburghpa.gov.

Primus Editionis Dies: 12/16/2019

Emendatus Editionis Dies: 12/17/2019